



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Dei Præsentia**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XXVII. Quomodo Deum in nobis, dum exterius occupamur,  
præsentem & operantem intueri debeamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](#)

## CAPUT XXVII.

*Quomodo D̄um in nobis, dum  
exterius occupamur, præsen-  
tem & operantem in-  
tueri debeamus.*



VM in actionibus  
externis , alio-  
rumque ministe-  
rijs versamur vt  
eos externis auxilijs iuuemus,  
in nobis etiam Deum con-  
templari licet præsentem &  
operantem hæc omnia , pro-  
sua immensa bonitate . Cer-  
tè summa illa maiestas non  
dedignatur vilissimis se crea-  
turis immergere , & eas mo-  
uere agitare reque ad bonum  
vniuersi ut creaturæ rationa-  
li ser-

li seruant. Ipse mihi in igne  
laborat, in aqua, in iumentis,  
in cæteris quibuslibet. In  
alijs etiam hominibus mihi  
ædificat, serit, metit, molit,  
vestes calceosque parat, mi-  
nistrat omnia, & singula ad  
vitam & honestas recreatio-  
nes necessaria, intellectu &  
voluntate in ijs operans & la-  
boras, cum summa in meum  
bonum inclinatione. Quidni  
ego tum in omnibus illum  
amplectar & diligam, ac ei  
seruiam; tum ego ipse illi, ad  
similia me, pro alijs inclinan-  
ti, cooperabor libenter? Idem  
enim est, qui vires has mihi  
confert, conseruatque, & ad  
externas actiones excitat, ap-  
plicatque, ut alijs opem fe-

ram. Quare eas ipsas actiones, tam in me quam in alijs spectabo, vt Dei ipsius actiones, qui voluntate & intellec-  
tu agens, ita bonitatem suam mihi monstrat, vt vndique, ac præcipue ex meipso in oculos incurrat. Quare cum ex summo in alios amore me excitet, & mecum ipse operetur, quo me par est modo ei cooperari, quam fiducia collaborare, quo amore & charitate totum me impendere cùm ita se mecum im-  
pendat, quo animi ardore bene & perfecte omnia faciendo, eius gloriæ studere, cùm ita sese in me & per me glorificare intendat? Hinc existet solida quædam humi-

itas

litas Deo omnia attribuens,  
erga proximum, etiam ingra-  
tum, fortis & constans chari-  
tas, fiducia in arduis, fortitu-  
do & l<sup>a</sup>titia in malis succe-  
sibus, & prudentia ex Dei pre-  
sentis consilio prius requisito  
in rebus suscipiendus & diri-  
gendas.

## CAPUT XXVIII.

*Quomodo Deum in alijs præci-  
pue superioribus præsentem  
& operantem contempla-  
ri & intueri possi-  
mus.*

N<sup>on</sup> omni nostra  
cum alijs conuer-  
satione & conui-  
tu hoc exercitiū  
ut longè facilli-  
mum est, siue personarum, si-

H 3

ue fi-